

DESCRIPTIONES ANIMALIUM

AVIUM, AMPHIBIORUM,
PISCUM, INSECTORUM, VERMIUM;

QUÆ

INITINERE ORIENTALI

OBSERVAVIT

PETRUS FORSKÅL.
PROF. HAUN.

POST MORTEM AUCTORIS

EDIDIT

CARSTEN NIEBUHR.

ADJUNCTA EST

MATERIA MEDICA KAHIRINA


ATQUE

TABULA MARIS RUBRI GEOGRAPHICA.

H A U N I Æ , 1775.

EX OFFICINA MÖLLERI, AULÆ TYPOGRAPHI.
APUD HEINECK ET FABER.

- g) GHORNOK: alba: *Oestrus* pascitur in teriore boum nidificantibus.
 h) ABU RISCHÆ.
 i) ABU ÆMAI.
 k) DJOUN: جون canora ; edulis.
 l) BYLBYE: rubens, turture major ; ipsa sibi nomen dedit *Lyllye* clamando.
 m) ACHJAL: *rictisibus* duabus perquam longis, apice lamina ovali. Haec dux pennæ venduntur in Yemen pretio $\frac{1}{2}$. Imperialis; illisque Monticolæ tiaras ornant festivis diebus. Ipsa avis inter rarissimas habetur. Prope Beit el fakih volantem vidi. Ipsa, quasi curam gereret Rectricum, ne in angusto lardantur nido, dum circumneat & se vertat; duabus illum patefecit portis, ut liber & reditus sit utrinque egressus.



AMPHIBIA.

α) DESCRIPTA.

1. TESTUDO TERRESTRIS. *Zolbafie* زلباخ vel *Buzi*.
2. LACERTA a) NILOTICA. *Karan*, serpentibus inimica. An Arabum *Varar?* ورار
3. b) ÆGYPTIA. *Dabb*.
4. c) OCELLATA; domestica. *Seblie*.
5. d) GECKO; *leprosi*. *Abu burs*. جو برس
6. COLUBER a) LEBETINUS: somniferus. *Apis?* كفون.
7. b) GUTTATUS: innocuus. *Tæban*.
8. c) HAJE; حاج Funestus, collo inflato. *Nascher*. ناشر
9. d) DHARA; cupreo-cinereus.
10. e) SCHOKARI: شقاري vittatus: inermis.
11. f) BÆTÆN: بتن maculatus: lethalis.
12. g) HÖLLEIK: هلبي ruber: ardens.
13. h) HANNASCH ASUÆD: حنس اسود niger: innocuus.
14. RAJA a) TORPEDO. *Raafsh*. رعاش
15. b) LYMMA: ليمما cœruleo-maculata.
16. c) SEPHEN: سفن α) pterouros, aculeis caudæ ferratis,
β) *Uarnak*; ورنكی cauda apterygia.
17. d) DJIDDENSIS: maxima. *Rger*. قبط
18. e) HALAVI: حلوي rhinobates.
19. SQUAIUS CARCHARIAS. *Gorsch*. قرش
- α) MINOR. *Alka* vel *Aas*. عوس
- β) MAJOR. *Zjfa*. فرا

β) NOMI-

β) NOMINATA.

1. TESTUDO a) MARINA. In mari Syriaco.
2. b) TRIUNGUIS. *Tirse.* In *Nilo* rario.
-
- Pedibus pinni-formibus; omnibus tri-unguiulatis; dorū disco rugoso, orbiculato, limbo depresso, laevi; naribus in cylindro elevato & ultra caput prominente.
3. LACERTA a) HARBAL. حربال In desertis KAHRINIS.
- Cauda imbricata, longa; pedibus 5-dactylis; brachiis serie verrucarum.
4. b) AGILIS. *Orbana.* عربانة vel *Sobala.* HADIE.
5. c) CHAMAELEON. *Fochacha.* Hadiensis *Makrif.* مقرف In scriptis Arabum sonat *Hirba.* حربا
6. d) ÆRDAN. HADIE.
- SERPENTES; *obscuræ;* arabicae.
7. a) HANNASCHI ABER, i. e. *Serpens cinerea.* Collum expandens irata.
8. b) ÆRKAM. حرقم cinerea.
9. c) BÆSCHASCHI. *Cerastes cornutus?* An ejusdem speciei cum Serpente DATAN cornuta, qua cuniculos egit in terra secca & laxa? Si viator scroben pede premit, *Datan* lethaliter mordet.
10. d) TIRRALL. e) ASRUD.
- f) JADES EL AGFAR. g) MHARRAK.
- h) SUÆRI. i) HOUAL.
- k) SELL. l) ÖSFAN.
- m) SULTAN EL HANNASCH, ruber. n) MOUAS.
11. RAJA: a) TORPEDO? مسدیقخ. In *Archipelago.*
12. b) OMM ES SCHERIT. ممشطه Cauda tereti, maculata: Piscis simillimus Rajis Uarnak & Arnak.
13. c) ARNAK. *Lobaja.*
- Dentibus granulatis; corpore orbiculato, argenteo; cauda tereti, apterygia, spinis duabus.
14. d) TAJARA. طيارة *Djiddæ.* NÖRRÆKA: *Lobaja.*
- Cauda tereti; ventre niveo. Capta, vehementer pinnis verberat.
15. e) SCHOUKIE. *Djiddæ.*
- Aculeis remotiusculis. E pelle hujus Rajæ conficiuntur in urbe *Snakea* Vaginæ gladiorum.
16. f) MULA: ملہ pelagica. *Djiddæ,* rario.
- Cauda tereti, variegata: ventre niveo: aculeo caudæ admodum nocivo. Nocturno tempore propius ad littora venit.

b) VERNALES.

AQUILA

INCERT. GEN.

6. *Nifr.* نسر carne & cadaveribus victitat.
7. *Choffasch* vel *Abu Chaffjach*. خفافش
8. *Djaradja* جراجيہ e *Gracia* advenit: putatur ejusdem generis cum *Salua*. Sed omnes sequentes aestivales vocantur: *Djaradja*; simul quoque propriis distinguuntur cognominibus.
9. *Akhal.* اکھل
10. *Achrasch.* آخرش
11. *Kalabesi*. كلابزي
12. *Jáagúbi*. يعقوبي
13. *Durrádj* دراج
14. *Soghátt.* سخّات
15. *Hámme*. حمة
16. *Hamámat elhind.* حمامۃ الهند
17. *Tajr el hind.* طیرالهند tota deaurata; & his in regionibus imperiali pretio emitur: quantum nonne exteris curiolis constabit?
18. *Buraej* بورعی venit tempore uvæ mature, e qua sibi vinum conficit in Vite viva: (si fabulam non sapit narratio). Rostro scilicet uvas perforat, & vulnera pulvere obturat. Septem diebus elapsis reddit & ex his acinis vinum fugit paratum, adeo avide, ut inebriata possit comprehendendi.

AMPHIBIA.

TESTUDO.

I. TESTUDO TERRESTRIS. Arab. *Zolhafar.* زلھار Lohajæ *Buzi* vel *Sukar.*

Oes. Eodem Zolháfe nomine venit quoque TESTUDO MARINA *Lattakia* & ad montem *Libanon* in mari habitans. Terrestris longitudine unius pedis. *Maspextore* subtus plano: *Foemelia* concavo. Ovis illa gravida 30 vel 40 inæqualis voluminis, ovum columbinum æquantis. *Kábiræ* non frequens vivit, *Aleppo* autem & ad *Libanon* copiosior. Rustici totis plaustris ad foræ vehunt, & duas tresve *Meañni* pretio vendunt. Græcis est *Jejunii* tempore grata, casu conscientia amphibio, hanc piseem simulantibus, ne in carnis esu peccent. Ca ut uno avellunt: crudum sanguinem (ruber est) avide bibunt: corpus lapide fractum intestinis purgant: carnem, hepar, & potissimum ova coquunt. Delicati saporis esca; medico quoque commendanda usu in Colica &

& Febri lenta; præsertim crudus sanguis & ova. Haec siccata, & grani dosi mixta lacti nutricis propinatur infantibus inquietis & querulis.

LACERTA.

2. LACERTA NILOTICA. *Hasselq.* p. 311. Arab. *Vāran*.

OBS. *Cauda* verticillata, longa. *Squamæ caudæ* obtuse-truncatæ, dorsi-acutius carinatæ. *Femora* sine verrucis. *Tripedalis*.

3. LACERTA ÆGYPTIA. *Hasselq.* p. 302. Ægyptiis *Dabb*.

OBS. *Femora* teretia sine verrucis. *Cauda* verticillata non longa. *Squamæ* patentes, subconicæ, mucronatæ. *Corpus* nudum, rugosum.

4. LACERTA OCELLATA. *Cauda tereti, imbricata, brevi*.

DESCR. *Longitudo* totius animalis spithamalis: crassities digitii. *Corpus* nitidissimum, squamolum, depresso; subtus album, imbricatum: supra griseo-virescens; *ocellis* subrotundis, radio fuscis, disco albo, rectangulo. *Pedes* teretes, breves, sine verrucis. *Digiti* 5 --- 5.

Locus: In Ægypto ad ædes: pulchella. Arab. *Sehlie*.

5. LACERTA GECKO. Ægyptiis dicitur *Abu bûrs* جو جر ص i. e. pater *lepræ*, f. *leprosus*. *Aleppensis* *Bûrs*.

OBS. *Kâbiræ* frequens in ædibus, æstivo tempore parietes pervagans. Stridet sive ut *Mustela*. Hyeme non conspicua; sed in tædis latere fertur, & meo Martii mensis dentio prodire. *Cauda* separata a corpore vivo, per dimidium horæ signa vita motusque edit. Ajunt, Felis hanc Lacertam venari illaque vesci. Nominis origo inter Ægyptios lepida est: si enim salivam demittat in fal, mensæ usibus destinatum, lepram inducit homini, i lud gustanti: quapropter salinum caute obtegunt, vel *Allium* adjiciunt, quod horret Lacerta. Nomen animalis ortum putant alii, a similitudine coloris *Lepræ*.

COLUBER.

6. COLUBER LEBETINUS *Linn.*

DESCR. *Longitudo* Corporis subcubitalis: *Caudæ* 4 pollicaris: versus collum angustior & sesquipollice crassus. *Caput* latum, depresso, subcordatum. *Squamæ dorsi* ovato-obtuse, planæ, stria media elata, carinatæ. *Dorsum* deflexum (*en dos d'ane*). *Color* superne griseus, ordinibus quatuor macularum transversalium, alternarum. In seriebus mediis ambis flavescunt maculæ: sed in lateribus fusæ vel nigræ. Subtus albidus, & densius nigro punctatus. *Scuta abdominalia* 152. *Squamæ caudæ* 43.

OBS. Morsus somnum infert, prorsus lethalem nec vincendum: Duos Lebetinos e Cypro mihi transmisit amicissimus Dn. PETR. SJELVI, Interpres Legationis